



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 6. Enumerati effectus tales ac tanti sunt, ut ex iis meritò inferatur,  
lethalis peccati reos esse, qui, à Pastore moniti,, negligunt Sacramentum  
istud suscipere. Reos item Pastores, qui, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

ties postea in idem vita discrimen incidit, toties hujus Sacramenti subfilio iuvandus erit. Ita Manuale Cameracense his verbis: *iteranda erit undio, quies potest simile periculum redire, dummodo prudenti iudicio diversi statutus morbi, diversaque pericula confeantur; dummodo (inquam) talis mutatio intercesserit, ut aeger non solum meliusculè se habuerit (prout manè se habere solet, comparatione ad velutum) sed & diei potuerit periculum evasisse. Ita etiam ferè habent Synodus Lingonensis anni 1404. Senonensis anni 1524. Carnotensis anni 1526. S. Thomas in 4. dist. 23. q. 2. 3. 4. q. 2. S. Carolus in Infruct.*

**27** Ratio vero cui Undio, in eodem morbo & morbi statu, minus repeti possit quam sacra Communionis est quia sacra Communionis est panis quotidianus, quo anima quotidie indiget: sacra verò Undio est Sacramentum examinum; tunc solum proinde repetendum, cum de novo quis est in periculo excundi.

## C A P U T V.

## Quadruplex effectus hujus Sacramenti.

**28** **Q**uartuor Extremæ Undionis effectus Tridentinum scilicet. 14. de Extrem. Und. c. 2. enarrat dicens: *delicta siquæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergi, & agrati animam alleviat & confirmas, magnam in eo divina misericordia fiduciam excitando: quâ infirmus sublevatus, & morbi incommoda ad labores levius fert, & tentationibus demonis, calcaneo insidiatis, faciliter resiliat, & sanitatem corporis interdum, ubi salutis anima expedierit, consequitur.*

**29** Primus itaque effectus est peccatorum remissio, siquæ sint expianda, juxta illud Jacobi: *si in peccatis sit, remittentur ei.* Etiam quoad culpam, etiam mortalem nondum condonatam, si forte per inadvertitiam Penitentie & Eucharistie Sacramentum infructuose suscepimus fuerit.

**30** Secundus est abstergo reliquiarum peccati, quæ sunt animi torpor, debilitas, incepitudo ad exercendos actus supernaturales, angor, & timor, & consilniorum, quibus imminentे morte agrotantes invaduntur, ex eo quod proxime de mundo decessisti, addituri sint tremendo Judici. Quas peccatorum reliquias hujus Sacramenti virtus abstergit, exhilarando agrotos, & magnam in ipsis divina misericordia fiduciam excitando.

**31** Tertius effectus est alleviatio animi, sive robur ad morbi incommoda levius ferenda, facilisque relictum tentacionibus diaboli, calcaneo infidiantis.

**32** Quartus est corporis sanitas, si ad salutem anima expediatur. Ita S. Jacobus: *oratio fidei salvabit infirmum.* Cujus rationem S. Thomas ubi supradic. 1. a. 2. q. 2. optima reddit, quod **E**xtrême Undio non facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materia, sed ex virtute divina, quæ operatur rationabiliter. Et quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum, nisi secundum quod expedit ad principia eius: ideo ex hoc Sacramento non sequitur corporalis sanatio semper, sed quantum expedit ad spiritualem sanationem. Et tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis, v.g. infirmitas fidei. Ut enim Catechismus Romanus observat, si agrari hoc tempore eam corporis sanitatem minus conequuntur, id quidem non Sacramenti viatio, sed ob eam causam evenire credendum est, quod eorum magna pars, vel qui facio oleo unguntur, vel à quibus administratur, infirmiores fidem habent. Testatur enim S. Matthæus c. 13. Dominum apud suos multas virtutes non fecisse, propter incedulitatem eorum.

**C A P U T VI.**  
Enumerati effectus tales ac tanti sunt, ut ex in merito inferatur, letibaris peccati reos esse, qui, à Pastore moriti, negligunt Sacramentum istud suscipere. Reos item Pastores, qui, rogati, negligunt oibus suis illud administrare. Ad quod sub mortali tenentur, etiam cum vita sua pericolo.

**P**osterior pars constat ex dictis n. 18. Prior 33 probatur (contra Estium & varios Recensiones) 1º. quia suscipienda Extreme Undionis divinum extat praeceptum, illis Jacobi verbis significatum: *aduca Presbyteros, &c.* Neque enim verba illa merum significant consilium, sed praeceptum, ut post Rupertum, in vita Hieroberti, Concilium Coloniense anni 1538. p. 7. c. 50. declarat his verbis: *sacra Undio impendatur cum expositione mandati Apostolici, id est divinitus ab apostolo promulgati. Sicut & Concilium Senonense anni 1528. Decret. 10. ne hic nosferit ungredi infirmos ritus, Christi praeceptum, non tam sacramentum esse videretur: si quis informatur, &c.* Quibus verbis declarat, ritum ungredi infirmos, & Christi praeceptum, & Sacramentum esse. Idem declarat Tridentinum c. 3. cum dicit, audiendos non esse, qui contra apertam & dilucidam Apollini Jacobi sententiam, banc Undionem, vel figuratum esse humanum, vel ritum esse à Patribus acceptum, NEC MANDATUM DEI, nec promissum gracie habentem.

2º. quia fieri potest quod infirmus, post ab solutionem & communionem, aliquod peccatum mortale committerit, cuius tandem conscientiam non habeat, ut illud confiteatur. Fieri etiam potest, ut Penitentie & Eucharistie sacramentum, in malo statu necius suscepit; quod proinde per Extremam Undionem, tamquam remedium ordinarium, ex secundaria intentione à Christo institutum, delendum fit. Deinde quidquid de eo sit, tanta est humana infirmitas in extremo tempore, dum accusante hominem conscientia, obsecera in memoriam redempta, mortis & terribilis judicii immoventis terror & horror ipsius invadit, & inter morbi angustias, extemasque doloris infidias, animus ipsius adeo laetatur, ut nisi juvetur per ingentia illa bona & auxilia, que per hoc Sacramentum conferuntur, periculum sit, ne deficiat & succumbat. Ne enim deficeret, hoc Sacramentum, velut remedium, Christi amor instituit. Igitur tantum remedium negligere, ne coegerit ex hac vita voluntarie migrare, est salutem suam periculo magno expondere. Quod profecto non leve est, sed grave peccatum. Penitolum quippe esse fini hoc Sacramento empare, Synodus Andegavensis anni 1293. declarat, dicens: *quod Sancti dicunt, quia sine hoc Sacramento periculum est ea haec via migrare.* Synodus etiam Stata Remensis Ecclesiae (apud Natalem Alexandrii) to. 5. Theol. Dogmat. 1. 2. de Extr. Und. reg. 20. dicit, quod nefariorum est ad salutem istud Sacramentum, si possit haberi.

3º. ex dictis libro 3. mortale est Sacramentum Confirmationis susceptionem negligere. Ergo & negligere susceptionem Sacramentum Extrema Undionis.

4º. teste Martino V. in Bulla edita in Cons. Constant. susceptionem hujus Sacramenti contemnere non potest absque mortali peccato. Illud vero datâ opportunitate negligere, vel etiâ virtualiter contempsim, vel parem aut ferè parem cum contemptu malitiam habet. Certe in foro eum.

Rior illud contemnere præsumuntur, qui sine causa præermittunt. Et licet dicant quid non faciant ex contemptu; debet tamen dubitari, ne malignantus spiritus, eos extrahens, in extremo decipiat, at Synodus Lingonensis anni 1404. Synodus quaque Senonensis anni 1514. Sacramentum hoc communi dicitur (inquit) quando Episcopus est presentis, paratus dare, & persona hoc sciens negligit, aut despiciat recipere.

37 Merito proinde S. Carolus in Concil. Mediol. V. p. 2 tit. de iis que pertinent ad Sacr. Extr. Unc. Cœuae (inquit) Parochus, ne in eo Sacramento ministrando negligentiam, allarmè morte culpam contrahat. Alioquin si ad illius administrationem accessit, ire neglexerit, cùm rationem Deo redaret, sum penâ ab Episcopo graviter plectatur. Ipsum namque lethalius peccare, Ritualia Remenfe, Coloniense, Trevirens, Leodiensi, perspicue declarant. Quod ne committat, laudatum Concilium Mediolan. ipsi in memoriam revocat exemplum Iustissimi Episcopi Melubia, qui tam uebementi animi dolore ex eo affectus est, quod culpâ sua mulier quedam Sacramentum huius gratia frandata defecit, ut tam noctem orando, gemendo, lacrymando conjumperit, lacrymarumque... imbre pro oleo sancto... mortuam perfuderit. Manu autem exaudita Dominus Sanctum suum, ita ut illa è morte excitata... Sacramentum hoc ab eo acceptum, ac deinceps à morbo convalescerit. Merito etiam Concilium Burdigalense anni 1583. Paro-

chis præcipit, us omnes cura sua creditos frequenter monent, ne finis hac in re lentiores, aut negligentes, cùm inter eos aliquis periculose labore videbatur. &c.

Ex dictis omnino perspicuum est, prorsus improbadam esse nonnullorum opinionem, quæ dicit, nullum de hoc Sacramento suscipiendo præceptum extare (cujus oppositum confit ex laudatis Tridentini verbis) & ne venialiter quidem peccare eos, qui susceptionem illius voluntariè omitunt. Legam ipsi Manuale Parochorum, editum à R. P. Carolo Mulfardo, viro certè gravi, acriisque judicii, alieno à fabulis, perquam studiose solidâ veritatis. Ibi velut credibilissimum refert exemplum (ante relatum à R. P. Nicolao de Nîta Ordin. Minor. in Gemma Predicantium) cuiusdam utique virti, magni alias meriti, qui interrogatus an vellet ungi, respondit, errore humano seductus: nolite obsecro: quia omnes, qui angantur, moriuntur. Atque hoc dicto obit. Cum vero linteaminibus obvoluteretur, aperuit oculos, & dixit: quia Extrême Unctionis Sacramentum alborum, certam annis in Purgatorio, iusto Dei iudicio, torquebor. Si unctus fuisset, de aggrauatione convalescet; sacra enim Unctio non est acceleratio mortis, sed dilatio. Atque his dictis iterum expiravit. Peccastet ille mortaliter, nisi à mortali ipsum excusat, ignoranta, seu error à mortali excusans, non à gravi veniali.

## LIBER SEPTIMUS.

### AMOR ORDINANS MINISTROS ECCLESIAE MILITANTIS.

Sive

### DE SACRAMENTO ORDINIS.

**D**ivinus amor subsidia necessaria ad salutem non solum providit homini, in ordine ad salutem suam privatam; sed & in ordine ad vitam socialem, salutemque alii procurandam. Quia enim homo animal sociale est, nec sibi soli natus est, duo postulat, quibus & speciei suæ perepenitatem & sempiternam aliis salutem adsciscere querat, propagationem in numeris speciei, & spirituale regimen ovium Christi. Utique providit divinus amor: propagationi, per Matrimonii Sacramentum; regimini, per sacram Ordinationem, per quam istud Christi ovibus providit de dispensatoriis Mysteriorum Dei. Sed quantum putas in dispensatoriis illis existat vita sanctimoniorum? Attendant, qui tales sunt, quām sanctum, quām augustum, quām divinum sit ministerium ipsorum, quāmque eminentis ipsiis collata potestis, qua in divinissimis Sacramentis confidencis, contraclandi, dispensandis consistit? Hinc tam cōtinuum innocentis & sanctitatis gradum in ipsis Concilia & Patres requirunt, ut quæ in ore facultarium nuge sunt, in Sacerdotibus blasphemias esse Bernardus confessetur. Hinc Seraphicus vir Franciscus Sacerdotalem Ordinem constantem detrectavit, illum vitæ candorem in se non agnoscent, qui sibi fuerat ab Angelo sub aqua pellucide symbolo præmonstratus. Hinc autem viri sanctissimi, quos Dei spiritus impleverat, divinissimorum Mysteriorum sacra horrore perculsi, à divinis agendis tractandisque identidem supercederunt, quo se ad ea jejunis, gemitibus, crationibus, omniisque pietatis studio interim disponerent. Hinc denique Episcopus, novos Ecclesias.

Tom. III.

Ministros ad sacras Ordinationes provehens, imitamini (inquit) quod traxistis. Audiant sacri Ministri, timeant Sacerdotes. Nihil eorum statu munereque divinum, quibus solis tam divina trahere datum est, collataque sublimitas tanta, quæ nec maior quisquam, nec præstantius apud nos est, ait Nazianzenus orat. i. Quo non oportet igitur esse paroxysmum tali frumenti sacrificio? Quo solari radio non splendidiorem manum, carnem banc dividentem? linguam, que tremendo nimis sanguine rubescit? Si altarium Ministrorum à reliquo populo segregantur, nihil in ipsis plebeum & commune esse oportet. Quomodo enim observari posset à populo, qui nihil secretum habet à populo? ait Ambros. epist. 10. Qui & alii dicit, ex inordinata & indisciplinata multitudine Sacerdotum, hodie esse contempsu Redemptoris nostra Venerabile Sacramentum. Sed & hodie vilesce Sacerdotum dignitas, quia in pluribus Sacerdotibus nihil quoad mores à populo segregatum, nihil eminens populi respicunt: Quid enim in ipsis miretur, si sua in ipsis cognoscat? Ergo si à populo honorari volumus Sacerdotium nostrum, vel potius in Sacerdotio Christum, quod officio & Ordine sumus, & moribus sumus, inquit pius Contensonus. Congrat actioni nomen, & actio respondeat nomini. Ne sit honor sublimis, & vita proclivis; deifica profectio, & illicita actio; gradus excelsus, & mores abjecti. Denique tales sumus, qualia Sacra menta que traximus, ut dum sic lucebunt coram hominibus opera nostra, glorificent Patrem nostrum, qui est in celis.

LIII 2